Univerzita Karlova, Pedagogická fakulta

Sponse bakalářská

Scholares clarissimi, examinibus, quae ad eorum, qui baccalarii nomen ac honores consequi student, doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis, nos addistis desiderantes, ut vos eo honore in hoc sollemni consessu ornaremus.
Prius autem fides est danda vos tales semper futuros, quales vos esse iubet universitas, cuius membris hac dignitate adepta adnumerandi estis, et nos vos fore speramus.

Spondebitis igitur:
PRIMUM vos huius Universitatis, in qua baccalarii gradum ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos;
DEIN honorem eum, quem in vos collaturus sum, integrum incolumemque servaturos;
POSTREMO prudentiam eruditionemque vestram, a facultate praeceptam, facultatis universitatisque iussa sequentes humani generis usui tantum atque hominum bono adhibituros.

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

SPONDEO AC POLLICEOR

Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis, vobis impertiamus.
ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI BACCALARIO S CREO, CREATOS RENUNTIO OMNIAQUE BACCALARII IURA AC PRIVILEGIA IN VOS CONFERO. IN CUIUS REI FIDEM HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO FIRMATA VOBIS IN MANUS TRADO.

Český překlad

Vážení absolventi, vykonali jste s úspěchem zkoušky, které jsou zákonem předepsány k prověření znalostí těch, kdož chtějí dosáhnout titulu a hodnosti bakaláře. Předstupujete nyní před nás se žádostí, abychom vám v tomto slavnostním shromáždění udělili hodnost, o niž se ucházíte. Dříve však musíte složit slib, že se vždy budete chovat tak, jak to od vás vyžaduje vaše příslušnost k této univerzitě, daná hodností, jíž nabudete, a jak to od vás očekáváme.

Slíbíte tedy:
PŘEDEVŠÍM, že trvale uchováte ve věčné paměti tuto univerzitu, na níž dosáhnete hodnosti bakaláře a že vždy budete podle svých sil podporovat její činnost a zájmy;
DÁLE, že hodnost, kterou vám udělí, zachováte bez poskvrny a bez úhony;
KONEČNĚ, že znalosti, které vám vaše fakulta vštípila, budete nadále využívat v intencích fakultou a universitou stanovených a vždy toliko pro blaho lidského rodu a jeho jednotlivých příslušníků.

SLIBUJETE TO NA SVÉ DOBRÉ SVĚDOMÍ?

SLIBUJI!

Nic již nebrání tomu, abychom vám udělili hodnost, kterou si přejete dosáhnout.
PROČEŽ JÁ, ŘÁDEM USTANOVENÝ PROMOTOR, VÁS Z MOCI SVÉHO ÚŘADU USTANOVUJI BAKALÁŘI, VAŠE JMENOVÁNÍ VEŘEJNĚ VYHLAŠUJI A UDĚLUJI VÁM VŠECHNA PRÁVA A PRIVILEGIA BAKALÁŘŮ. NA DOKLAD TOHO VÁM PŘEDÁVÁM DO RUKOU TYTO DIPLOMY KARLOVY UNIVERZITY S PEČETÍ.